eorundem fratrum nostrorum episcoporum adhortari ut subiectos sibi in sacris uidelicet ordinibus constitutos quod
ipsi seruant ad similitudinem modis omnibus seruare commoneant. hoc tantummodo adiecto
ut hi sicut canonica decreuit auctoritas uxores quas caste debent regere non relinquant;

LXXI. GREGORIUS UUITTONI DUCI. Ubi eis scribit de pace conseruanda et quicquid ab hominibus reipublicae et eorum excessum est. auxiliante deo debeat ordinatio peruenire.

M MAR INDIC II. GREGORIUS SERGIO DEFENS.

LXXII. Quia pantaleo notarius in ecclesiasticis sicut utilitatibus occupatus experientiam ante habere certum est. et ideo quoniam iohannes auunculus megalesso eius ipsius nullo alio gra
minore existente ab intestato defunctus est et sine filiis memoratur. pro absentia generis
sui nulla dampnum possit incurrere. Quia sic lex est praedicta mulierem ab intestato auun
culi sui successione uocare dinoscitur. hac tibi praeceptione iniungimus ut reuerentissimum
fratrem et coepiscopum nostrum uitalianum atque bonefacium notarium in solacio tuo adhibeas. et quas
cumque res eum qui defunctus est constiterit reliquisse. sub breue quoniamque praedictus
pantaleo redeat in notitiam studiose facere debeas. quatenus melius possis implere. filium
nostrum iohannem tribunum in tuo parte studeas adhibere solatio. De quo omnino confidimus
quia si et uoluntatem nostram perciderit deuote se tibi adcommodare non deneget. Parte
etiam studii tui sit. ut quoniam quaedam apud reuerentissimum sacratorem praedicti iohannis habuisse minis
teria perhibentur. et ea diligenter inquirere et cum omni cautela in breui eorum facere nobisque
subtiliter quicquid inuentum fuerit indicare. Ita ergo experientia tua haec quae
scripsimus facere sollicite accurare festinet. ut non possit esse culpabilis. Nam si ne
glegentem esse putaueris latere nos noueris motus incurrere. ut nulla te postmo
dum possis excusatione defendere. M APR INDIC II. GR SABINO SUBDC

LXXIII. 75 Clerus ecclesiae reginae multa contra reuerentissimum fratrem nostrum bonifacium episcopum
suum data nobis petitione conquestus est. petentes ut ad nos deberet habere ue
niendi licentiam quatenus causae ipsae in eius subtiliter probarentur. Sed quia nos hiemis tempore
dictum fratrem nostrum hic modo non perducimus deducendum. uisum nobis est illic deputare
causam eandem cognoscendam. Et ideo mediis sacrosanctis euangeliis experi
entia tua